



## **Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera**

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;  
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

**Gregor <I., Papst>**

**Lutetia Parisiorum, 1675**

Homilia XXXIV. Habita ad populum in basilica beatorum Ioannis & Pauli,  
Dominica tertia post Pentecosten.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](#)

Cant. 1. b

Luc. 1. d

*Exod. 19. b* Apud Pharisaeum Veritas pascetur foris, apud A peccatricem mulierem, sed tamen conversam, pascetur intus. Unde & ei sancta Ecclesia, quem sub specie hinnuli cervorum querit, in Canticis cantorum dicit: *Indica mihi quem diligat anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie.* Cervorum quippe hinnulus, Dominus appellatur, juxta assumptam carnem antiquorum filius patrum. Ferventior verò in meridie aestus ardescit, & umbrosum locum hinnulus querit, quem aestus igne non afficit. In illis ergo cordibus Dominus requiescit, quæ amor presentis seculi non incendit, que carnis desideria non exurunt, quæ incensa suis anxietatibus in hujus mundi concupiscentiis non arescant. Unde & Maria dicitur: *Spiritus sanctus supereruet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Umbrosa ergo loca in meridie ad pascendum hinnulus querit: quia talibus mentibus Dominus pascitur, quæ per respectum gratia temperata, corporalibus desideriis non uruntur. Plus ergo pœnitentem mulier pascetur intus, quam Pharisaeus Dominum pascet foris: quia ab æstu carnalium quasi hinnulus Redemptor noster ad illius mentem fugerat, quam post vitiorum ignem, pœnitentia umbra temperabat. Pensamus quantæ pietatis fuerit, peccatricem mulierem non solum ad se admittere, sed etiam ad tangentem pedes præbere. Consideremus gratiam misericordis Dei, & dannemus multitudinem reatus nostri. Ecce peccatores videt & sustinet, resistentes tolerat, & tamen quotidie per Evangelium clementer vocat. Confessionem nostram ex puro corde desiderat, & cuncta quæ delinquimus, relaxat. Temperavit nobis distinctionem legis, misericordia Redemptoris.

*In illa quippe scriptum est: Si quis hac vel illa fecerit, morietur.*

*Lev. 20. b* *Si quis hac vel illa fecerit, lapidibus obruiatur.* Apparuit conditor & redemptor noster in carne, confessioni peccatorum non pœnam, sed vitam promittit: mulierem suæ vulnera consitentem suscipit, & sanam dimittit. Infelix ergo ad misericordiam duritiam legis: quia quos iustæ illa damnat, ipse misericorditer liberat. Unde bene quoque in le-

*Exod. 17. e* ge scriptum est, quia manus Mysteriarum graves: sumentes ergo lapidem, posuerunt subter, in quo sedet:

*Aaron autem & Hur sustentabant manus eius.* Moy-

ses quippe sedet in lapide, cum lex requievit in Ecclesiæ. Sed hæc eadem lex manus graves habuit: quia peccantes quosque non misericorditer pertulit, sed severa distinctione percussit. Aaron verò mons fortitudinis, Hur autem ignis interpretatur. Quem itaque mons iste fortitudinis signat, nisi Redemptorem nostrum, de quo per Prophetam dicitur: *Erit in novissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium?* Aut quis per ignem, nisi Spiritus sanctus figuratur, de quo idem Redemptor dicit: *Ignem veni mittere in terram?* Aaron ergo & Hur graves manus Moysi sustinente, atque sustentando leviores reddunt: quia mediator Dei & hominum cum igne sancti Spiritus veniens, mandata legis gravia, quæ dum carnaliter tenerentur, portari non poterant, tolerabilia nobis per spiritalem intelligentiam ostendit. Quasi enim manus Moysi leves reddidit: quia pondus mandatorum legis ad virtutem confessionis retorxit. Hanc nobis sequentibus misericordie promissionem innuit, cum per Prophetam dicit: *No lo morrem peccatoris, sed ut convertatur & vivat.*

*Hinc iterum sub Judæa specie uniuersique peccatrici*

*animæ dicitur: Si dereliquerit vir uxorem suam, &*

*illa recedens duixerit virum alterum, nunquid reveretur ad eam ultra? nunquid non polluta & contamina-*

*terit mulierila? Tu autem forniciata es cum anato-*

*ribus multis: verum tamen revertere ad me, dicit Do-*

*ninus. Ecce paradigma turpis mulieris dedit. Osten-*

*dit quid post turpidinem recipi non possit. Sed hoc*

*ipsum paradigma quod protulit, qui per misericordiam vincit, cum dicit forniciatem mulierem recipi*

*S. Greg. Tom. I.*

nequam posse, & tamen ipse fornicanem animam ut recipiat expectat. Pensate fratres, pondus tanta pietatis. Dicit quod fieri non potest, & demonstrat quia hoc ipse facere etiam contra morem potest. Ecce vocat, & quos inquinatos denunciat, hos etiam amplecti querit, à quibus desertum esse se queritur. Nemo ergo tantæ misericordiae tempus perdat, nemo oblata remedia divinae pietatis abjectat. Ecce superna benignitas aversos nos revocat, & nobis revertentibus, sua clemens sinum aperit. Unusquisque ergo penset quo debito constringitur, quando illum Deus expectat, nec contemptus exasperatur. Qui ergo permanere noluit, redeat: qui stare contempsit, saltem post lapsum surgat. Quanto nos amore conditor noster expectat, insinuat cum per Prophetam dicit: *Attendi & auscul-*

*tavi, nemo quod bonum est loquitur: non est qui recog-*

*git in corde suo & dicat, Quid feci? Certè nun-*

*quam cogitare mala debuimus. Sed quia cogitare re-*

*& noluimus, ecce adhuc sustinet, ut recognoscemus.*

*Videat tantæ pietatis sinum, considerate apertum*

*vobis misericordiae gremium: quos malè cogitantes*

*perdidit, bene recognoscit quærit. Ad vos ergo,*

*fratres charissimi, ad vos oculos mentis reducite,*

*& pœnitentem peccatricem mulierem in exemplum*

*vobis imitationis anteferte: quæque vos in adoles-*

*cencia, quæque in juventute deliquisse meministis,*

*desiste; morum operumque maculas lacrymis ter-*

*gite. Amemus jam Redemptoris nostri vestigia, quæ*

*peccando contempsimus. Ecce, ut diximus, ad re-*

*cipiendos nos supernæ pietatis sinus aperitur, nec*

*maculosa in nobis vita contemnitur. Per hoc quid*

*inquinationem nostram perhorrescimus, internæ*

*jam munditiae concordamus. Revertentes nos Do-*

*minus clementer amplectitur; quia peccatorum vita*

*ei esse indigna jam non potest, quæ flentibus lavatur*

*in Christo Iesu Domino nostro: qui vivit & regnat*

*cum Patre Deus in unitate Spiritus sancti, per om-*

*nia secula sæculorum. Amen.*

### Lectio sancti Evangelij secundum Lucam.

**I**N illo tempore: Erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores, ut audirent illum. Et murmurabant Pharisæi & Scribe, dicentes: *Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* Et ait ad illos parabolam istam, dicens: *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, & si perdiderit unam ex ipsis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, & vadit ad illam que perierat, donec inveniat illam?* Et cum invenerit eam, imponit in humeros suos gaudens: & veniens domum, convocat amicos & vicinos, dicens illis: *Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam que perierat.* Dico vobis, quid ita gaudium erit in calo super uno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta novem qui non indigent pœnitentia. Aut que mulier habens drachmas decem, & si perdiderit drachmam unam, nonne accedit lucernam, & evertit dominum, & querit diligenter donec inveniat eam? Etcum invenerit, convocat amicos & vicinas suas, dicens: *Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdideram.* Ita dico vobis: *Gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente.*

A A a a a

¶ H O M I L I A . X X I V .

*Habita ad populum in basilica beatorum  
Ioannis & Pauli, Dominica tertia post Pen-  
tecosten.*

**A**Etivum tempus quod corpori meo valde con-  
trarium est, loqui me de expositione Evange-  
lij longa mora interveniente prohibuit. Sed non,  
quia lingua tacuit, ardore charitas cessavit. Hoc et-  
enim dico, quod apud se vestrum unusquisque re-  
cognoscit. Plerumque charitas quibusdam occupa-  
tionibus praepedita, & intus flagra in corde, & ta-  
men non monstratur in opere: quia & sol cum nube  
tegitur, non videtur in terra, & tamen ardet in cæ-  
lo. Sic sic esse occupata charitas solet, & intus vim  
sui ardoris exerit, & foris flammas operis non os-  
tendit. Sed quia nane ad locundum tempus reddit,  
vestra me studia accendunt, ut mihi tantù amplius  
loqui libeat, quantò hoc vestræ mentes desiderabi-  
lius expectabant.

Auditis in lectio Evangelica, fratres mei, quia  
peccatores & publicani accesserunt ad Redempto-  
rem nostrum: & non solum ad colloquendum, sed  
etiam ad convescendum recepti sunt. Quod viden-  
tes Pharisæi, dignati sunt. Ex qua re colligite,  
quia vera iustitia compassionem habet, falsa iustitia  
dignationem: quamvis & justi soleant rectè pec-  
catoribus dignari. Sed aliud est quod agitur typho  
superbia, aliud quod zelo discipline. Dignantur  
etenim, sed non dignantes: desperant, sed non  
desperantes: persecutionem commovent, sed aman-  
tes: quia etià foris increpationes per disciplinam  
exaggerant, intus tamen dulcedinem per charita-  
tem servant. Praeponunt sibi in animo ipsos plerum-  
que quos corrigit; meliores existimant eos quo-  
que quos iudicant. Quod videlicet agentes, & per  
disciplinam subditos, & per humilitatem custodiunt  
semetipos. At contrà hi qui de falsa iustitia superbi-  
re solent, ceteros quosque despiciunt, nullā infir-  
mantibus misericordiâ condescendunt: & quò se  
peccatores esse non credunt, eo deterius peccatores  
sunt. De quorum profecto numero Pharisæi exti-  
rant, qui dijudicantes Dominum quòd peccatores  
fiscipererat, arenti corde ipsum fontem misericordiæ  
reprehendebant. Sed quia ægri erant, ita ut ægros  
se esse nescirent; quatenus quod erant agnoscerent,  
celestis eos medicus blandis fomentis curat, beni-  
gnus paradigma obicit, & in eorum corda vulne-  
ris tumorem premit. Ait namque: [ *Quis ex vobis  
homo, qui habet centum oves. & si perdidierit unam  
ex illis, nonne dimittit nonagintanovem in deserto,  
& vadit ad illam quæ perierat?* ] Ecce mira dispensa-  
tione pietatis, similitudinem Veritas dedit, quam  
& in se ipso homo recognosceret, & tamen hæc spe-  
cialiter ad ipsum auctorem hominum pertineret.  
Quia enim centenarius perfectus est numerus, ipse  
centum oves habuit, cùm Angelorum substantiam  
& hominum creavit. Sed una ovis tunc periit, quando  
peccando homo pascua vitæ dereliquit. Dimisit  
autem nonagintanovem oves in deserto: quia illos  
summos Angelorum choros reliquit in cælo. Cur  
autem cælum desertum vocatur, nisi quod deser-  
tum dicitur derelictum? Tunc autem cælum homo  
deseruit, cùm peccavit. In deserto autem nonagi-  
tanovem oves remanerant, quando in terra Domi-  
nus unam quærebat: quia rationalis creatura numerus,  
Angelorum videlicet & hominum, qui ad vi-  
dendum Deum conditus fuerat, perente homine  
erat immunitus: & ut perfecta summa ovium inte-  
graretur in cælo, homo perditus quærebat in ter-

**A**ra. Nam quod hic Evangelista dicit, in deserto; alius *Mat. 18, 6*  
dicit, in montibus, ut significet in excelsis: quia ni-  
mirum oves que non perierant, in sublimibus sta-  
bant. [ *Et cum inveniri oves, imponit in humeros  
suos gaudens.* ] Oves in humeris suis imposuit, quia  
humanam naturam suscipiens, peccata nostra ipse  
portavit. [ *Et veniens dominum, convocat amicos &  
vicinos, ascens illis: Congratulamini mihi, quia in-  
veni oves meam quæ perierat.* ] Inventa ove domum  
redit, quia pastor noster reparato homine ad re-  
gnum celeste rediit. Ibi amicos & vicinos inventi,  
illos videlicet Angelorum choros, qui amici ejus  
sunt, quia voluntatem ejus continuè in sua stabilitate  
custodiunt. Vicini quoque ejus sunt; quia clarita-  
te visionis illius sua affinitate perfruuntur. Et no-  
tandum, quòd non dicit, Congratulamini invento-  
vi, sed mihi: quia videlicet ejus gaudium est vita  
nostra: & cùm nos ad cælum reducemur, solemit-  
atem lœtitiae ejus implemus. [ *Dico vobis, quòd ita  
gaudium erit in cælo super uno peccatore paenitentem  
agente, quam super nonagintanovem iustis qui non  
indigent paenitentia.* ] Considerandum nobis est,  
fratres mei, cur Dominus plus de conversis pecca-  
toribus, quam de stantibus iustis in cælo gaudium  
esse fateatur: nisi hoc quod ipsi per quotidianum vi-  
sionis experimentum novimus, quia plerumque hi  
qui nullis se oppressos peccatorum molibus scunt,  
stant quidem in via iustitiae, nulla illicita perpetrant,  
sed tamen ad cælestem patriam anxiè non anhelant,  
tantoco sibi in rebus licitis usum præbent, quanto  
se perpetras nulla illicita meminerunt. Et plerumque  
pigri remanent ad exercitio bona præcipua:  
quia valde sibi securi sunt quòd nulla commiserint  
mala graviora. At contrà, nonnunquam hi qui se  
aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore  
compuncti, inardescunt in amorem Dei, seque in  
magistris virtutibus excent, cuncta difficultia sancti  
certaminis appetunt, omnia mundi derelinquent,  
honores fugiunt, acceptis contumeliis latentur, fla-  
grant desiderio, ad cælestem patriam anhelant; &  
quia se errasse à Deo considerant, damnæ præceden-  
tia lucris sequentibus compensant. Maius ergo de  
peccatoris converso, quam de stante iusto gaudium  
fit in cælo: quia & dux in prælio plus cum militem  
diligit, qui post fugam reversus, hostem fortiter pre-  
mit, quam illum qui nunquam terga præbuit, &  
nunquam aliquid fortiter gesit. Sic agricola illam  
amplius terram amat, qua post spinas, uberes fru-  
ges profert, quam eam qua nunquam spinas habuit,  
& nunquam fertilem messim producit. Sed inter haec  
scinduntur, quia sunt plerique iusti, in quorum  
vita tantum est gaudium, ut eis quilibet peccato-  
rum paenitentia præponi nullatenus possit. Nam  
multi & nullorum sibi malorum sunt consej, & ta-  
men in tanti ardoris afflictione se excent, ac si à  
peccatis omnibus coangustentur. Cuncta etiam licita  
resuunt, ad despœcum mundi sublimiter accin-  
guntur, licet sibi nolunt omne quod liber, bona  
sibi amputant etiam concessa, contemnunt visibilia,  
invisibilibus accendunt, lamentis gaudent, in cun-  
ctis semetipos humiliant; & sicut nonnulli peccata  
operum, sic ipsi cogitationum peccata deplorant.  
Quid itaque istos dixerim, nisi & justos & paenitentes,  
qui se & in paenitentia de peccato cogitationis  
humiliant, & recti semper in opere perseverant?  
Hinc ergo colligendum est, quantum Deo gaudium  
faciat quando humiliat plangit iustus, & facit in  
cælo gaudium quando hoc quod malè gesit, per  
paenitentiam damnat iustus. Sequitur: [ *Aut qua  
mulier habens drachmas decem, & sp̄ perdidit drach-  
mam unam, nonne accedit lucernam, & everit do-  
mum, & q̄ærit diligenter donec inveniat drachmam  
quam perdidit?* ] Qui signatur per pastorem, ipse  
& per mulierem. Ipse etenim Deus, ipse & Dei sa-  
pientia. Et quia imago exprimitur in drachmia, mu-

Pf. 21. d  
lier drachmam perdidit, quando homo qui conditus ad imaginem Dei fuerat, peccando à similitudine sui conditoris recessit. Sed accedit mulier lucernam; quia Dei sapientia apparuit in humanitate. Lucerna quippe lumen in testa est: lumen vero in testa, est divinitas in carne. De qua videlicet testa sui corporis dicit ipsa Sapientia: *Exaruit velut testa virtus mea.* Quia enim testa in igne solidatur, ejus virtus sicut testa exaruit; quia assumptam carnem ad resurrectionis gloriam ex passionis tribulatione robavit. Accensâ autem lucernâ everit domum; quia mox ut ejus divinitas per carnem claruit, omnis se nostra conscientia concussit. Domus namque evertitur, quem confideratione reatus sui humana conscientia perturbatur. Qui eversionis sermo non discreparat ab eo quod in aliis codicibus legitur, emundat: quia nimis prava mens si non prius per timorem evertitur, ab assuetis vitiis non emundatur. Eversa ergo domo inventur drachma: quia dum perturbatur conscientia hominis, reparatur in homine similitudo conditoris. [ *Et cum invenerit, convocat amicas & vicinas suas, dicens: Congratulamini mibi, quia inventi drachmam quam perdidideram.* ] Quæ amicae vel vicinae, nisi illæ potestates caelestes sunt, jam superius dicit? Quæ tantò supernæ sapientiae juxta sunt, quanto ei per gratiam continua visionis appropinquant. Sed inter hæc nequaquam relinquere negligenter debemus, cur ista mulier, per quam Dei sapientia figuratur, decem drachmas habuisse perhibetur, ex quibus unam perdidit, quam cum quareret, invenit Angelorum quippe & hominum nataram ad cognoscendum se Dominus condidit: quam dum consilere ad æternitatem voluit, eam proculdubio ad suam similitudinem creavit. Decem vero drachmas habuit mulier: quia novem sunt ordines Angelorum. Sed ut completeret electorum numerus, homo decimus est creatus: qui à conditore suo nec post culpam periret, quia hunc æternæ sapientia per carnem miraculis coruscans ex lumine testæ paravit.

Eph. 1. d  
Novem vero Angelorum ordines diximus: quia videlicet esse, restante sacro eloquio, scimus Angelos, Archangulos, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Thronos, Cherubim, atque Seraphim. Esse namque Angelos & Archangulos, pene omnes sacri eloquij paginae testantur. Cherubim vero atque Seraphim saepe, ut notum est, libri Prophetarum loquuntur. Quatuor quoque ordinum nomina Paulus Apostolus ad Ephesios enumerat, dicens: *Supra omnem Principatum, & Potestatem, & Virtutem, & Dominationem.* Qui rursus ad Colossenses scribens, ait: *Sive Throni, sive Potestates, sive Principatus, sive Dominationes.* Dominationes vero & Principatus ac Potestates jam ad Ephesios loquens descripterat: sed ea quoque Colossensisibus dicitur, premisit Thronos, de quibus secundum quidquam fucrat Ephesios locutus. Dum ergo illis quatuor quæ ad Ephesios dixit, id est, Principatis, Potestatis, Virtutibus, atque Dominationibus conjugantur Throni, quinque sunt ordines qui specialiter exprimuntur. Quibus dum Angeli & Archangeli, Cherubim atque Seraphim adjuncta sunt, proculdubio novem esse Angelorum ordines inveniuntur. Unde & ipsi angeloi, qui primus est

Ezech. 28. c  
conditus, per Prophetam dicitur: *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decoro, in deliciis paradisi Dei fuisti.* Ubi notandum, quod non ad similitudinem Dei factus, sed signaculum similitudinis dicitur: ut quod in eo subtilior est natura, eò in illo imago Dei similius insinuerit expressa. Quo in loco mox subditur: *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, topazius, & jaspis, chrysolitus, onyx, & beryllus, sapphirus, carbunculus, & smaragdus.* Ecce novem dixit nomina lapidum: quia profecto novem sunt ordines Angelorum. Qui-

A bus nimis ordinibus ille primus angelus ideo ornat & opertus exitit, quia dum cunctis agminibus Angelorum praëlatus est, ex corum comparatione clarius fuit. Sed cur istos persistentium Angelorum choros enumerando perstrinximus, si non corum quoque ministeria subtiliter exprimamus? Græca enim lingua Angeli nuncij, Archangeli vero summi nuncij vocantur. Scindunt quoque, quod Angelorum vocabulum, nomen est officij, non natura. Nam sancti illi caelestis patriæ spiritus semper quidem sunt spiritus, sed semper vocari angeli nequaquam possunt: quia tunc solum sunt angeli, cum per eos aliqui nunciantur: unde & per Psalmistam dicitur: *Qui facit angelos suis spiritus.* Ac si patenter dicat: *Psalm. 103.*  
B Qui eos, quos semper habet spiritus, etiam cum voluerit, angelos facit. Hi autem qui minima nunciant, Angeli: qui vero summa annunciant, Archangeli Luct. 1. a  
vocantur. Hinc est enim, quod ad Mariam virginem non quilibet angelus, sed Gabriel archangelus mittitur. Ad hoc quippe ministerium summum Angelum venire dignum fuerat, qui summum omnium nunciabat. Qui idcirco etiam privatis nominibus censentur, ut signetur per vocabula etiam in operatione quid valeant. Neque enim in illa sancta civitate, quam de visione omnipotens Dei plena scientia perficit, idcirco propria nomina fortuantur, ne eorum persona sine nominibus sciri non possint: sed cum ad nos aliquid ministraturu veniunt, apud nos etiam nomina à ministeriis trahunt. Michael namque, quis ut Deus: Gabriel autem, fortitudo Dei: Raphaël vero dicitur medicina Dei. Et quoties miræ virtutis aliquid agitur, Michael mitti perhibetur: ut ex ipso acta & nomine detur intelligi, quia nullus potest facere quod facere prævalet Dens. Unde & ille antiquis hostis, qui Deo esse per superbiam similis concupivit, dicens: *In calum confundam, super agra cali exaltabo solum meum, sedeo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo:* dum in fine mundi in sua virtute relinquetur extremo supplicio perimendus, cum Michaële archangelo præliaurus esse perhibetur, sicut per Joannem dicitur: *Factum est prelium cum Michaeli archangelo:* ut qui se ad Dei similitudinem superbis extulerat, per Michaeli peremptus dicitur, quia ad Dei similitudinem per superbiam nullus exurgat. Ad Mariam quoque Gabriel mittitur, qui Dei fortitudo nominatur.

C D Illum quippe nunciare veniebat, qui ad debellandas aëreas potestates humiliis apparere dignatus est. De que per Psalmistam dicitur: *Tollite portas principes psalm. 12. b  
zebras, & elevamini porta aetales, & introibit Rex gloria. Quis est iste Rex gloria? Dominus fortis ibid.*

E & potens, Dominus potens in prælio. Et rursus: *Dominus virutum ipse est Rex gloria.* Per Dei ergo fortitudinem nunciandus erat, qui virtutum Dominus, & potens in prælio, ad debellandas potestates aëreas veniebat. Raphaël quoque interpretatur, ut diximus, medicina Dei: quia videlicet dum Tobias oculos quasi per officium curationis tetigit, Tob. 11. e  
cœcitatius ejus tenebras tergit. Qui ergo ad curandum mittitur, dignum videlicet fuit ut Dei medicina vocaretur. Sed quia Angelorum nomina interpretando perstrinximus, nunc superest ut ipsa officiorum vocabula breviter exequamur. Virtutes etiam vocantur illi nimis spiritus, per quos signa & miracula frequentius sunt. Potestates etiam vocantur hi, qui hoc potentius ceteris in suo ordine perceperunt, ut eorum ditioni virtutes adverba subjecta sint, quorum potestate refrænatur, ne corda hominum tantum tentare prævaleant, quantum volunt. Principatus etiam vocantur, qui ipsis quoque bonis Angelorum spiritibus præsent, qui subjectis aliis dum quaque sunt agenda disponunt, eis ad explenda divina ministeria præcipitant. Dominationes autem vocantur, qui etiam Potestates principatum dissimilantur.

AAA a ij

multitudine alta transcendunt. Nam principari, est inter reliquos priorem existere: dominari vero, est etiam subiectos quoque possidere. Ea ergo Angelorum agmina, quæ mirâ potentia præminent, pro eo quod eis cetera ad obediendum subiecta sunt, Dominationes vocantur. Throni quoque illa agmina sunt vocata, quibus ad exercendum iudicium semper Deus omnipotens præsidet. Quia enim thronos Latino eloquio sedes dicimus; throni Dei dicti sunt hi, qui tanta divinitatis gratia repletur, ut in eis Dominus sedeat, & per eos sua iudicia decernat. Unde & per Psalmistam dicitur: *Sedes super thronum, que iudicas equitatem.* Cherubim quoque plenitudo scientia dicitur. Et sublimiora illa agmina idcirco Cherubim vocata sunt, quia tanto perfectiori scientia plena sunt, quanto claritate Dei vicinius contemplantur: ut secundum creatura modum, eò plenè omnia sciant, quod visioni conditoris sui per meritum dignitatis appropinquant. Seraphim etiam vocantur illa spirituum sanctorum agmina, quæ ex singulare propinquitate conditoris sui, incomparabili ardente amore. Seraphim namque ardentes, vel incendentes vocantur. Quæ, quia ita Deo conjuncta sunt, ut inter hæc & Deum nulli alii spiritus intersint, tanto magis ardentes, quanto hunc vicinius vident. Quorum profectus flamma amor est: quia quod subtilius claritatem divinitatis ejus aspiciunt, eò validius in ejus amore flammescunt. Sed quid prodest nos de angelicis spiritibus ista perstringere, si non studeamus hæc etiam ad nostros profectus congrua consideratione derivare? Quia enim superna illa civitas ex Angelis & hominibus constat, ad quam tantum credimus humanum genus ascendere, quantos illic contigit electos Angelos remansisse, sicut scriptum est: *Statuit terminos gentium secundum numerum Angelorum Dei:* debemus & nos aliquid ex illis distinctionibus supernorum civium ad usum nostræ conversationis trahere, nosque ipsos ad incrementa virtutum bonis studiis inflammare. Quia enim tanta illuc aseksura creditur multitudo hominum, quanta multitudo remansit Angelorum: superest ut ipsi quoque homines qui ad cælestem patriam redeunt, ex eis agminibus aliquid illuc revertentes imitantur. Distinctè namque conversationes hominum, singulorum agminum ordinibus congruent, & in eorum sortem per conversationis similitudinem deputantur. Nam sunt plerique qui parva capiunt, sed tamen hæc eadem parvæ annunciare fratribus non desistunt. Ipsi itaque in Angelorum numerum currunt. Et sunt nonnulli, qui divina largitatis munere refecti, secretorum cælestium summa & capere prevalent, & nunciare. Quo ergo isti, nisi inter Archangelorum numerum deputantur? Et sunt alii, qui mira faciunt, signa valenter operantur. Quod ergo isti, nisi ad supernarum Virtutum sortem & numerum congruent? Et sunt nonnulli, qui etiam de obsessis corporibus malignos spiritus fugant, eosque virtute orationis, & vi accepta potestate ejiciunt. Quod itaque isti merita suum, nisi inter Potestatum cælestium numerum sortiuntur? Et sunt nonnulli, qui acceptis virtutibus etiam electorum hominum merita transcendunt; cumque & bonis meliores sunt, electis quoque fratribus principiantur. Quod ergo isti sortem suam, nisi inter Principatum numeros acceperunt? Et sunt nonnulli, qui sic in semetipsum cunctis virtutis, omnibusque desideriis dominantur, ut ipso jure munditiae, dij inter homines vocentur: unde & ad Moyensem dicitur: *Eece consilivus te deum Pharaonis.* Quo ergo isti, nisi inter numeros Dominationum currunt? Et sunt nonnulli, qui dum sibi metipisis vigilanti cura dominantur, dumque se sollicita intentione discutiunt, divino timori semper inhærentes, hoc in munere virtutis accipiunt, ut judicare recte & alios possint. Quorum profectus

A mentibus dum divina contemplatio præsto est, in his velut in throno suo Dominus præsidens, aliorum facta examinat, & cuncta mirabiliter de sua fede dispensat. Quid ergo isti, nisi throni sui conditoris sunt? vel quod nisi ad supernarum sedium numeros adscribuntur? Per quos dum sancta Ecclesia regitur, plerumque de quibusdam suis infirmis actibus eriam electi judicantur. Et sunt nonnulli, qui tanta Dei ac proximi dilectione pleni sunt, ut Cherubim jure nominentur. Quia enim, ut præfati sumus, Cherubim plenirudo scientia dicitur, & Paulo dicente didicimus, quia plenitudo legis est charitas: omnes qui Dei & proximi caritate certe amplius pleni sunt, meritorum suorum sortem inter Cherubim numeros perceperunt. Et sunt nonnulli, qui superna contemplationis facibus accensi, in solo conditoris sui desiderio ahelant, nihil iam in hoc mundo cupiunt, solo æternitatis amore paucuntur, terrena quæque abjiciunt, cuncta temporalia mente transcendent, amant & ardent, atque in ipso suo ardore requiescent, amando ardent, loquendo & alios accendant, & quos verbo tangunt, ardore protinus in Dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi Seraphim dixerim? quorum cor in igne conversum lucet & urit; quia & mentium oculos ad superna illuminant, & compungendo in flebitis, vittorium rubiginem purgant. Qui ergo ita ad amorem sui conditoris inflammati sunt, quod nisi inter Seraphim numerum sortem suæ vocationis accepterunt? Sed hec, fratres charissimi, me loquente, introitus vos ad volnertiros reducite, secretorum vestrorum merita cogitationesque discutite. Videte si quid jam boni vobiscum intus agitis, videte si in numero horum agminum, quæ breviter tangendo perstrinximus, sortem vestrae vocationis invenitis. Væ autem anima, quæ in se de his bonis que enumeravimus, minimè aliquid recognoscit: eique adhuc vœ deterius imminet, si & privatam se donis intelligit, & nequaquam gemit. Quisquis ergo talis est, fratres mei, gemendus est valde, quia non gemit. Pensemus ergo accepta electorum munera, & virtute qua possumus, ad amorem tanta fortis anhelemus. Qui in se donorum gratiam minimè recognoscit, gemat. Qui vero in se minora cognoscit, aliis majora non invideat; quia & superna illæ distinctiones beatorum spirituum ita sunt condita, ut aliae alii sint prælatæ. Fertur vero Diogenius Areopagita, antiquus videlicet & venerabilis pater, dicere quod ex minorum Angelorum agminibus foras ad explendum ministerium vel visibiliter, vel invisibiliter mittuntur: scilicet quia ad humana solitaria aut Angeli, aut Archangeli veniunt. Nam superiora illa agmina ab intimis nunquam recedant: quoniam ea quæ præminent, usum exterioris ministerij nequaquam habent. Cui rei illud videtur esse contrarium quod Isaías dicit: *Et volavit ad me unus de Seraphim, & in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum.* Sed in hac Prophetæ sententia vult intelligi, quia ijspiritus qui mittuntur, eorum vocabulum percipiunt, quorum officium gerunt. Qui enim ut peccata locutionis incendar, de altari Angelus carbonem portat, Seraphim vocatur, quod incendium dicitur. Huic autem sensu & illud creditur non inconvenienter optulari, quod per Daniëlem dicitur: *Millia millium ministrabant ei. & decies centena millia affluebant ei.* Aliud namque est ministrare, aliud assistere: quia hic administrant Deo, qui & ad nos nunciando excent: assistunt vero, qui sic contemplatione intima perfruuntur, ut ad explenda foras opera minime mittantur. Sed quia in quibusdam scripturarum locis quadam per Cherubim, quadam vero per Seraphim agi didicimus: utrum per se hec faciant, an per subiecta agmina agantur, quæ sicut dicitur, in eo

Tibet. 9. a

Deut. 32.

Exod. 7. d

Rom. 13. c

Ioh. 6. b

Dan. 7. c

Zach. 2. c. quod à majoribus veniunt, majorū vocabula sortiuntur; nos affirmare nolumus, quod aperte testimoniis non approbamus. Hoc tamen certissimè scimus, quia ad excludendum de supernis ministerium, alij spiritus alios mitunt; Zacharia scilicet propheta testante qui ait: *Ecce Angelus qui loquebatur in me, egrediebatur: & ecce alius Angelus egrediebatur in occursum ejus, & dixit ad eum: Curre, & loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Hierusalem.* Dum enim Angelus ad Angelum dicit: *Curre & loquere, dubium non est quia alius alium mittit.* Minora verò sunt quae mituntur, majora quae mituntur. Sed hoc quoque de ipsis agminibus quae mituntur, certum tenemus: quia & cùm ad nos veniunt, sic exterioris implent ministerium, ut tamen nunquam defint interius per contemplationem. Et mituntur igitur, & assistunt: quia etiā circumscriptus est angelicus spiritus, summus tamen spiritus ipse, qui Deus est, circumscripsit non est. Angelii itaque & missi, & ante ipsum sunt: quia quolibet missi veniant, intra ipsum currunt. Scindunt quoque est, quia plerumque ipsis beatorum spirituum ordines vicinorum sibi ordinum vocabula sortiuntur. Thronos enim, scilicet sedes Dei, speciale beatorum spirituum ordinem diximus, & tamen per Psalmistam dicitur: *Qui sedes super Cherubim, appare: quia videlicet, dum in ipsis distinctionibus agminum Cherubim Thronis junguntur, sedere etiam super Cherubim Dominus ex vicini agminis aequalitate perhibetur.* Sic quippe in illa summa civitate specialia quedam singulorum sunt, ut tamen sint communia omnium: & quod in se ex parte quilibet habet, hoc in alio ordine totum possidet. Sed idcirco uno eodemque vocabulo communiter non censentur, ut ille ordo vocari privato uniuscujusque rei nomine debeat, qui hanc in munere pleniū accepit. Seraphim namque incendium diximus; & tamen amore conditoris simili omnes ardunt. Cherubim verò plenitudinem scientia; & tamen quis ibi aliquid nesciat, ubi ipsum omnes simul fontem scientia Deum vident? Throni quoque illa agmina quibus conditor presidet, vocantur: sed beatus esse quis potest, nisi creator suis ejus menti praesideat? Quia ergo ex parte ab omnibus habentur, ei in privato nomine data sunt, qui haec in munere pleniū acceperunt. Nam & si qua illuc Dsic alij habent, ut haberit ab aliis nequaquam possint, sicut speciali nomine Dominationes & Principatus vocantur, cuncta ibi singulorum sunt: quia per charitatem spiritus ab alio in aliis habentur.

Ezech. 13. d. Sed ecce dum cœlestium civium secreta rimamur, ab expositionis nostræ ordine longè digressi sumus. Suspiramus ergo ad eos, de quibus loquimur, sed redēamus ad nos. Meminisse etenim debemus, quia caro sumus. Taceamus interim de secretis cœli, sed ante conditoris oculos manu penitentia tergamus maculas pulveris nostri. Ecce ipsa divina misericordia pollicetur, dicens: [ *Gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agentem.* ] Et tamen per Prophetam Dominus dicit: *Quia quamvis die iustus peccaverit, omnes iustitia ejus in obliuione erunt coram me.* Pensamus, si possumus, E dispensationem superna pietatis. Stantibus, si cediderint, minatur poena: lapsis verò ut surgere appetant, promittit misericordiam. Illos terret, ne præsumant in bonis: istos resovet, ne desperent in malis. Iustus es, iram perit, ne corrucas: peccator es, præfume de misericordia, ut surgas. Ecce autem jam lapsi sumus, stare nequaquam valimus, in pravis nostris desideriis jacemus. Sed qui nos condidit rectos, adhuc expectat, & provocat ut surgamus. Sinum sua pietatis aperit, nosque ad se recipere per penitentiam querit. Sed penitentiam agere dignè non possumus, nisi modum quoque ejusdem penitentia cognoscamus. Penitentia

A B tiam quippe agere, est & perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat, adhuc penitentiam agere, aut dissimulat, aut ignorat. Quid enim prodest si peccata quis luxuria defleat, & tamen adhuc avaritia astibus anhelat? Aut quid prodest, si ire culpas jam lugeat, & tamen adhuc invidia facibus tabescat? Sed minus est valde quod dicimus, ut qui peccata deplorat, ploranda minime committat: & qui plangit vita, perpetrare vita timeat. Nam cogitandum summopere est, ut qui se illicita meminit commissile, à quibzdam etiam licet studient abstinere: quatenus per hoc conditori suo satisficiat, ut qui committit prohibita, sibi meipso abscondere debeat etiam concessa: & se reprehendat in minimis, qui se meminit in maximis delinquisse.

\* Minima sunt quae loquor, si hac ex sacri eloquij <sup>\* 21.</sup> Nemissa testimonias noua affirmo. Lex certè veteris Testa-

Exod. 20.

menti alienam uxorem concupisci prohibet: à Rege verò fortia juberi militibus, vel desiderari aquam, non penaliter vetat. Et cuncti novimus quod Da- <sup>2. Reg. 11.</sup> vid concupiscentia mucrone transfixus, alienam conjugem & concupivit & abstulit. Cujus culpam digna verbora sunt secuta, & malum quod perpetravit, per penitentia lamenta correxit. Qui cùm longè post contra hostium cuneos federet, aquam bibere de Bethleemita cisterne ex desiderio voluit. Cujus electi milites inter catervas adversantium medias erumpentes, aquam quam Rex desideraverat, illas detulerunt. Sed vir flagellis eruditus, semetipsum protinus cum periculo militum aquam desiderans reprehendit, eamq; Domino fundens libavit, sicut illuc scriptum est: *Libavat eam 2. Reg. 23.* <sup>1. Par. 11.</sup> Domino. In sacrificium quippe Domini effusa aqua convertita est, quia culpam concupiscentia maestavit per penitentia reprehensionis suæ. Qui ergo quondam concupiscere alienam conjugem nequaquam timuit, post etiam quia aquam concupisces expavit. Quia enim se illicita perpetrasse meminerat, contra semetipsum jam rigidus, etiam à licetis abstinebat. Sic sic agimus penitentiam, si ea quae commisimus, perfectè <sup>\* 22.</sup> deseamus. Pensamus <sup>\* 23.</sup> deplo- supernas divitias conditoris nostri. Peccare nos vi- dit, & pertulit. Qui nos ante culpam peccare prohibuit, etiam post culpam expectare ad veniam non desistit. Ecce ipse nos, quem despeximus, vo- cat. Aversi ab illo sumus, & tamen non avertitur. Unde bene per Isaiam dicitur: *Et erunt oculi tui Isa. 30. d* videntes præceptorem tuum, & aures tue audiem vocem post tergum monentis. Quasi in faciem homo monitus est, quando ad iustitiam conditus, præcepita restitutinis accepit. Sed cùm haec eadem præcepta contempset, quasi conditori suo dorsum mentis in faciem dedit. Sed ecce adhuc post tergum sequitur, & monet: quia jam & à nobis contempsit est, & tamen nos adhuc vocare non cessat. Quasi dorsum ei in faciem dedimus, cuius verba despiciimus, cuius præcepta calcamus: sed stans post tergum nos aversos revocat, qui & vider quid despiciunt, & tamen per præcepta clamat, per patientiam expectat. Pensate ergo, fratres charissimi, si cuiilibet vestrum loquenti famulus suis subito superberet, terga in faciem mitteret, nunquid non contemptus dominus, ejus superbiam feriret, vulnera disticta animadversionis infligere? Ecce nos peccando antiquo nostro terga in faciem dedimus, & tamen sustinemur. Superbè aversos benignè revocat, & qui ferire nos aversantes potuit, ut revertamur munera promittit. Tanta ergo conditoris nostri misericordia duritiam nostrarum reatum emolliat, & homo qui malum quod fecit experiri percussus poterat, saltem expectatus erubescat.

Rem, fratres, breviter refero, quam viro venerabili Maximiano tunc patre monasterij mei atque presbytero, nunc autem Syracusano Episcopo nar-


A A A A ii

rante cognovi. Hanc itaque si solerter auditis, charitati veltra non breviter suffragari credo. Nostris modò temporibus Victorinus quidam extitit, qui alio quoque nomine Amilianus appellatus est, non inops substantia juxta mediocritatem vitæ: sed quia plerumque regnat in rerum opulentia carnis culpa, in quodam facinore lapsus est, quod debuisset valde pertimescere, ac de sua mortis immanitate cogitare. Reatus ergo sui consideratione compunctus erexit se contra se, mundi hujus omnia dereliquit, monasterium petiit. Ita quo nimur monasterio tanta humilitate tantæque fibi distinctionis extitit, ut cuncti fratres, qui illuc ad amorem divinitatis excreverant, suam cogerentur vitam desplicere, dum illius pœnitentiam viderent. Studuit namque toto mensu adnisi cruciare carnem, voluntates proprias frangere, furtivas orationes querere, quotidianis se lacrymis lavare, despectum sui appetere, oblatam à fratribus veneracionem timere. Hic itaque nocturnas fratrum vigilias prævenire conlueverat: & quia mons, in quo monasterium situm est, ex uno latere in secretiore parte prominebat, illuc consuetudinem fecerat ante vigilias egressi, ut se quotidie in fletu pœnitentia quanto secretius, tandem liberiùs maestaret. Contemplabatur namque distinctionem venturi judicis sui, & jam eidem judici concordans, puniebat in lacrymis reatum facinoris sui. Quadam verò nocte Abbas monasterij vigilans hunc latenter egredientem intuitus, lento foras pede securus est. Quem cùm in secreto montis latere cerneret in oratione prostratum, expectare voluit quando fugeret, ut ipsam quoque longanimitatem orationis ejus exploraret; cum subito cælitus lux emissa super eum fusa est, qui in oratione prostratus jacebat: tantaque se illo in loco claritas sparsit, ut tota pars regionis illius ex eadem luce candesceret: quam Abbas ut vidit, intremuit, & fugit. Cumque post longum horæ spatium idem frater ad monasterium rediisset, Abbas ejus ut disceret an super se effusionem tanti luminis agnoverisset, requirere cum studuit, dicens: Ubi fuisti, frater? At ille latere posse se credens, in monasterio se fuisse respondit. Quo negante Abbas compulsus est dicere quid vidisset. At ille videns se esse deprehensum, hoc quoque quod Abbatem latebat, aperuit adjungens: Quando super me vidissi lucem de cælo descendere, vox etiam pariter venit, dicens: Dimidium est peccatum tuum. Et quidem omnipotens Deus peccatum ejus potuit tacendo laxare: sed loquendo per vocem, radando per lumen, exemplo sua misericordiae nostra ad pœnitentiam voluit corda \* convertere. Miramur, fratres charissimi, quod persecutorem suum Saulum Dominus de cælo prostravit, de cælo allocutus est. Ecce nostris quoque temporibus peccator & pœnitens vocem de cælestibus audivit. Illi dictum est: *Quid me persigeris?* Ille verò audire meruit: Dimidium est peccatum tuum. Longè est inferior meritum peccator iste pœnitens, quam Paulus. Sed quia adhuc in hac re de Saulo loquimur crudelitatem necis anhelante, licet audenter dicere, quia Saulus propter superbiam, vocem increpationis, iste verò propter humilitatem, vocem consolationis audivit. Hunc quia humilitas straverat, divina pietas erigebat: illum quia superbia exeret, divina severitas humiliabat. Habete ergo fiduciam, fratres mei, de misericordia conditoris nostri: cogitate quia facitis, recognoscite quia fecistis. Largitatem supernæ pietatis aspice, & ad misericordem judicem dum adhuc expectat, cum lacrymis venite. Considerantes namque quod justus si peccata vestra nolite negligere: considerantes verò quod plus sit, nolite desperare. Præbet apud Deum homini fiduciam Deus homo. Est nobis spes magna pœnitentibus, quia advocatus noster factus est judex noster. Qui vivit &

A regnat cum Patre & Spiritu sancto Deus in æcula sæculorum, Amen.

### Lectione sancti Evangelij secundum Lucam.

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: *Cum audieritis prælia & seditiones, nolite terreri: oportet enim primum hac fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, & regnum adversus regnum: & terramotus magni erunt per loca, & pestilentia & famæ, terroresque de cælo, & signa magna erunt. Sed ante hac omnia incipient vobis manus suas injicere, & persequuntur, & tradent vos in synagogas, ducentes ad reges & praesides propter nomen meum. Contingent autem hac vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non premeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes adversarij vestri. Trademini autem à parentibus & fratribus, & morte afficiunt ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: & capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.*



### HOMILIA XXXV.

*Habita ad populum in basilica sancti Menna martyris, die natalis ejus.*

**Q**uia longius ab urbe digressi sumus, ne ad evertendum nos tardior hora præpeditat, nescie est ut expositionem sancti Evangelij brevior sermo transcurrat. Dominus ac Redemptor noster perituri mundi præcurrentia mala denunciat, ut eò minus perturbent venientia, quæ fuerint præscita. Minus enim jacula feriunt quæ prævidentur: & nos tolerabilius mundi mala suscipimus, si contra hac per præscientiæ clypeum munimur. Ecce enim dicit: [ *Cum audieritis prælia & seditiones, nolite terreri: oportet enim primum hac fieri, sed nondum statim finis.* ] Pensanda sunt verba Redemptoris nostri, per quæ nos aliud interius, aliud exterius passuros esse denunciatur. Bella quippe ad hostes pertinent, seditiones ad cives. Ut ergo nos indicet interius exteriusque turbari, aliud nos fatetur ab hostibus, aliud à fratribus perpeti. Sed his malis prævenientibus, qui non statim finis sequuntur, adjungit: [ *Surget gens contra gentem, & regnum adversus regnum: & terramotus magni erunt per loca, & pestilentia & famæ, terroresque de cælo; & signa magna erunt.* ] Vel sicut in quibusdam codicibus inventur, *Terroresque de cælo & tempestates.* Atque post subditur: [ *Et signa magna erunt.* ] Ultima tribulatio multis tribulationibus prævenitur: & per crebra mala quæ præveniunt, indicant mala perperua quæ subsequuntur. Et ideo post bella & seditiones non statim finis: quia multa debent mala præcurrere, ut malum valeant sine fine nunciare. Sed cùm tot signa perturbationis dicta sint, oportet ut corum \* considerationem breviter per singula \* al. sonat perstringamus: quia necesse est ut alia è cælo, alia è deratione terra, alia ab elementis, alia ab hominibus patiamur. Ait enim: [ *Surget gens contra gentem;* ] ecce perturbatio hominum: [ *Erunt terramotus magni*

\*al. concute  
tere.

¶. 9. a.